foris in corpore, intus corde, sic hoc loco dixisse: denique Psalterium esse hominem consummatum in Christo, in quo sicut arte concinentium fila chordarum, ita convenientium resonant opera canora virtutum. Addit Chrysostomus, gratiarum istam actionem, quæ Deo fit, non Deo, sed gratias agenti prodesse; nec Deum propterea, sed illum, qui agit gratias, evadere clariorem, sicque novo beneficio affici à Deo. Augustinus, Prosper, & alii, *Canticum novum*, dicunt esse Canticum gratiæ novi hominis, novi testamenti, quod in decachordo, idest, in decem præceptis legis canitur (fugiendo decem plagas Ægypti, ut Arnobius observat) quia perfecta est in charitate cantatio, & charitas legis est plenitudo; qui non habent charitatem, portare Psalterium possunt, ait Augustinus, cantare non possunt: illi vero inter aquas etiam contradictionis cantant, & humquam sitiepitu suo faciunt aquæ istæ, ut obmuteficat Psalterium eorum. Novitatem Cantici Cassiodorus, pro novi hominis institutione, & legis veteris plenitudine declarat, quia Christus, quem Judæi non receperunt, ad gentes transivit: corpore, & sanguine nos lagenare dignatur: per aquam regenerationis nos absolvit, & his similia facit, quæ adventus illius nova institutione patuerunt. Is, quem vocant Hieronymum, quia futuri temporis est *cantabo*, ad futurum tempus videtur referre, scilicet futuræ beatitudinis; quoniam in præsenti certamen est, non canticum, nec umquam cantat exercitus, nisi quando vicerit; tunc dicit extendendam utramque manum, & in chordis canendum, ita ut oratio Psalterium fit, idest, ut ego interpretor, plena laus, & gratiarum actio. Videtur hoc ex Hilario mutuatus. Is considerat *cantici novi* fieri mentionem in psalmo 95. 97. 149. non quod mirabilia Deus alia condiderit diversa ab his, quæ initio condidit; sed quod innotuerit gentibus omnibus, non Judæis tantum, & in illis regna verit: quia liberaverit, sive salvaverit eum dextera ejus, quum non aliena, sed virtute propria hominem salvavit, in quo nasci voluit, & eadem superitatus, manifestavit gloriam suam: quia Sanctis suis judicii æterni tradiderit potestatem. Tum subjungit simile quid cantari in hoc novo Canticonempe id quod sequenti contineatur versu; *Qui das salutem Regibus.* In decachordo autem Psalterio psallere declarat, vel quod decem chordarum illud Psalterium esset: vel quod decem verborum organo, atque gestis cantio nova ista cantaretur; vel quod homo ipse decem quibusdam cordis manibus, ac pecibus exterus, perfectus spiritualium operum suorum, gestu, motuque psallat, ut cantionem hanc novam cantet, comprehensam nimirum sequenti versu. Hugo in decachordo legem sumens decem præceptis constantem, unde cognominatur decalogus, quod ceteri enarratores passim hoc loco docent, addit conditiones totidem requisitas in Dei laude, ut sit vera, opportuna, intenta, sapida, devota, humilis, frequens, speciosa, perseverans, pura.

Psalterium decachordum dictum quare appellatum.

Conditiones in Dei laude requisitæ.

Deus Canticum novum cantabo tibi.) Videtur Hilarius legisse *cantionem novam*. est שיר *scir*, & שׁד. Chaldaicè שבחא *scevah*, de quibus alibi actum est: & in psalmo 95., ac 97. *b*: *de cantico novo*, nec non in 32. *c* & 34. *d* quod præsertim significat exquisitum, insolitum, inauditum, maximè jucundum, ut solet id quod novo studio arteque componitur. *Canticum novum*, Cajetanus propterea hic dici vult, quod de statu populi sub regibus deinceps agitur: quum hactenus actum fit de illo qui fuit à Moyse utque ad Saulem sub ducibus, & judicibus.

a *vers.* 1
b *vers.* 2
c *vers.* 3
d *vers.* 4
Quare canticum novum dicatur.

In Psalterio decachordo psallam tibi.) Cajetanus; *in viola denaria*. In aliis Latinis Psalteriis, apudque Augustinum, Arnobium, Prosperum, Cassiodorum *in Psalterio decem chordarum*: in psalmo 32. *e*, *in Psalterio decem chordarum psallat tibi*, &c in 91. *f*, *in decachordo Psalterio, cum cantico in citharæ*. Dixi psalmo præsertim 32. desitne idem, & unicum instrumentum Psalterium, & decachordum, ita ut cognominetur à numero chordarum, decachordum: an hoc differat à Psalterio: de quo ipso Psalterio plura in præfatione *g*. Mysticas quoque istius instrumenti rationes attuli, quas hoc ipso loco ex enarratoribus paullo ante retuli. Valentia legi evangelicæ, homen *cantici novi* tribui docet, non tantum quia spiritualiter fervat decalogum, sed etiam quia decem explicat mysteria, Trinitatis, incarnationis, prædicationis Christi, miraculorum ejus, passionis, resurrectionis, ascensionis, missionis Spiritus sancti, Ecclesiæ multiplicationis, quod psalmo 32. dicebam de Cantico Mariæ, dici posse, & *novum*, quia novi Testamenti, & decachordum, quoniam constat decem versibus, traditur etiam hic à Valentia; item à Gersone *h*, & à Canisio nostro *i*. Notant vero primos duos versus complecti velut propositionem totius Cantici; proximos tres misericordiam Dei: tum erga Virginem, tum erga omnes pios alios, totamve Ecclesiam: sequentes tres potentiam Dei: duos ultimos veritatem in his quæ promisit. De admirabili ratione numeri denarii multa disputat Petrus Bongus, quæ ad rem præsentem facere possunt: ut de decem cantoribus celebratis apud Hebræos, totidemque instrumentis musicis, vel musicæ modis, præterea de novem Musis cum decimo Apolline: de vocis humanæ modulaminibus decem: de Apolline ipso picto cum decachorda cithara. Fulgentius *k*, hoc tradit de Musis novem cum Apolline, citharæ istius decachorda, & decem vocis modulaminibus: & quod lex divina dicatur decachordon Psalterium. Docet præterea, quod vox sit quatuor dentibus è contra positis, quos lingua percutit, è quibus si unus minus fuerit, sibilum potius, quam vocem edat necesse est: duo item labia ait esse velut cymbala verborum commoda modulantia: linguam ut plectrum, quæ curvamine quodam vocalem reddit spiritum: palatum, cujus concavitas profert tonum: gutturis fistulam, quæ terreti meatum spiritalem præbet excursu: pulmonem, qui velut acervus follis concepta reddit, ac revocat. Clemens Alexandrinus *l*, Psalterio decachordo Jesum significari vult, quoniam decadis elemento manifestatur, nempe litteta *ι* *jota*, quæ denarii numeri nota est apud Græcos.

h tract. 2. in Magnificat. i q. de Deipara, cap. 5.

k Mythold. 1

l 2. pædag. cap. 4

Vers. 10.) Qui das salutem Regibus: qui redemisti David servum tuum de gladio maligno.

Sensus loci.

CAnusa, ob quam proponat, & gestiat canticum novum, adhibito simul musico instrumento, cantare Deo, hæc est, vel etiam cantici materia, vel ejusdem formula, hoc versu contenta: quoniam dat salutem Regibus: nam Saulem primum Regem valde periclitantem de regno, quando in exercitu Philisthæorum gigas Goliath exprobrabat agminibus Israel, salvum fecit Deus, excitans adolescentulum Davidem, quæ ex singulari certamine victor evaderet; nec tantum effugeret gladium Goliath malignum, sed lapide stratum, ipsomet ejusdem gladio obtruncaret. Sed & Davidem jam designatum Regem sæpius postea liberavit à Saule; cumque, isto mortuo, regnum obtinuisset, ab aliis adversariis multis. Semel deficiente David in bello contra Philistæos, Jesbibenob de genere Arapha, cujus ferrum hastæ trecentas uncias appendebat, & accinctus erat ensi novo, nius est percutere David: præsidioq; ei fuit Abisai filius Sarviæ, & percussum Philisthæum interfecit *m*, Singularis ac eximia quædam Dei providentia requiritur, ac reluceat etiam in Regibus contervandis, quum enim odiota sint imperia, nec libenter parere soleant homines, diuturni principatus non essent, nisi Deus custodem se regni politici demonstraret. Præter hæc duo exempla Saulis, Davidisque, extant non pauca exempla alia, quæ in aphorismis politicis collegit Cockerius *n*, ut Cæsi, qui sibi voce, quam rupit clamans, quum natura mutus, ac elinguis esset, ne imminens hostis eum interficeret, liberatus est *o*; ut Julii Cæsaris, qui nauclerum naufragi metu exsolvit, quum affirmaret nihil verendum venturi fortunam Cæsaris *p*; ut Titi, qui multis telis in obsidione Hierololymitana abique noxa petitus est; quo tempore maximè intelligi potuit, inquit Josephus *q*, & belli momenta, & Imperatorum pericula Deum curare; ut Trajani, quem, dum pugnaret contra Judæos, horribilesque in Syria terræmotus cuncta quatefacerent, adeo ut multa, præclaraque ædificia everterentur, homines autem quamplurimi ablorberentur, species virilis eduxit in locum bene tutum, ubi sanus, salvus, lætus constitit *r*; ut Alphonsi quoq; Arragonum Regis apophthegma celebratur, Regium animas non privatorũ libidini subjectas esse, sed sub cura Dei sæcuras; & lætas agere *s*. Porro recte Cajetanus notavit, propterea Davidem hic meminisse de cura Dei erga Reges, né quis existimaret regalem statum in populo Hebræo reprobum esse, quum illius prima institutio ipsi displicuisset *t*; nam quamvis displicuerit Deo, postquam tamen consensit, & concessit, salutem dat Regibus, & orati se, ac exorati finit, ut *salvos illos faciat* u, & ut *in virtute*: potentiave *ipsius Reges lætentur*, & *in salutari ejus exultent vehementer* x: magni-

Senſus myſticus.

m Matt. 10. 34.

n cap. 25. 34
o cap. 10. 24
p cap. 23. 17

q in Luc. c. 10

r vers. 20

s Coloſſ. 1. 18
Apocal. 1. 5

t Joan. 19. 32

u Prov. 8. 15
x Eccl. 10 8

y pſ. 59. 13
pſ. 107. 13
pſ. 3. 9

z Æneæ Silv.

24. Reg. 12. 7

bMat. 20. 23
Marc 10 23
24. Luc. 18. 24.
cMat. 19. 22
Luc 18. 24
dLuc. 12. 20

t 1. Reg. 8. 6. 7
cap. 11. 11. 20

u pſ. 19. 10
x pſ. 20. 2

ſicut

ſicut salutē Regum ſuorum a: nec vult eos *ſalvari per multam virtutem* b, seu potentiam humanam; sed per eam præcipuè, quam ipse communicat: *dies super dies eis adjicit c*; facitque: *ut latentur in ipſo* d, & vetat *Chriſtus ſuos tangi* e, & *cor eorum habet in manu ſua* f: *divinatio labiis eorum eſt, ita ut in judicio non erret os eorum* g. Sed idem Deus *terribilis apud Reges, auferque ſpiritum, ſeu vitam Principum* h, & *iis iraſcitur, apprehenderint diſciplinam* i, & *potentes potenter tormenta patiti* permittit &: id que nonnumquam ab ipsismet subditis, ut omissis quamplurimis Imperatorum & Regum exemplis tum infidelium, tum Christianorum, prodiitur in sacra historia, de Joas Rege Juda, contra quem surgentes servi, occiderunt eum in lectulo suo *l*. Porro myſticè Reges à Latinis præfertim Enarratoribus intelliguntur esse justi, qui reguntadjutorio Domini corpora sua, & salus eis datur à Deo, quum liberos facit illos à vitiis carnalibus: & redemtio Davidis de gladio maligno Goliæ, designat victoriam immanium quoque vitiorum, de quibus diabolus teneat per gladium separantem à bonis: quemadmodum à contrario gladius Christi separat à malis *m*. Creditus Hieronymus, & Cassiodorus sic accipiunt, quod regnum dicatur Deus dare Regibus Hilarius, quod electis dicetur, *Percipite regnum, quod vobis paratum eſt* n. Qui apud Lucam o, vocantur *Reges*, appellantur *juſti* apud Marthæum p quos nimirum apud utrumque ait Christus *cupiviſſe videre, qua videbant diſcipuli ejus, & audire, qua audiebant*. Fieri potest, ut Christus *cupiviſſe videre, qua videbant diſcipuli ejus; & audire, qua audierant*. Fieri potest, ut Christus nobilissimas quasque personas, & quæ dignissimæ fuisse videretur, nominaverit, scilicet cum Prophetis, ac Regibus, etiam Reges distincte, ac leparatim. Beda *q*, nihilominus observat, quod justi sunt Reges magni, quia tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præsse noverunt: Præterea redemtus de gladio maligno David, juxta mysticum sensum, Hilarius ait esse Christum, super quem in psalmo 88. *r* dicitur Deus *potuiſſe adjutorium, & potentem exaltaſſe de plebe, & electum*, & alia multa in eum ornamenta contulisse. Hoc autem loco docet significari, quod dum hic David liberatur, & legi mortis eximitur, salus quoque Regibus datur, quia est *primogenitus ex mortuis*: liberationem vero ita intelligit de gladio malignorum, quia spiritum posuit, quum voluit: nec expectavit, ut animam impressum vulnus emitteret: quemadmodum videlicet crucifixorum cum illo, dum adhuc spirarent, crura fracta sunt *t*.

Qui das ſalutem Regibus.) Vetus Psalterium, & Augustinus, *qui dat*. Græcè, τῷ διδόντι, nempe Δαυὶδ, *danti ſalutem tibi*: & participium hoc, atque Hebræum, quum littera indicante, יתן *hannoten*, potest omni personæ servire, supplendo verbum substantivum, juxta diversitatem ejusdem. Præstat vero continuare sermonem directum ad Deum hactenus, quique dirigitur etiam deinceps. Præter traditum communiorem sensum, quod regnorum, Regumque custos, ac præses sit Deus; quia odiosa res est nomen imperii, nec lervit quisquam libenter, sed excutit jugum, si potest: aliusquoque non incommodus Titelmani est, servari à Deo non tantum gregarios, ac per se imbecillos homines, verum etiam potentissimos quosque, qui satis, superque propriis viribus tuti sibi videntur. Pluralis numerus *Regum* ponitur aut absoluté pro Regibus, quia *per Deum Reges regnant* u, & cui vult, dat regnum *x*: aut & pro Samuele, qui regebat in spiritualibus, & pro Saule, qui in temporalibus: aut & pro Davide, qui jam Rex designatus erat: & pro Saule, qui re ipsa regnabat. Ad hæc, potest allegoricè denotari futura Regum infidelium, atq; persecutorum conversio, & Ecclesiæ de gladio ipsorum maligno liberatio. Hoc docent Ayguanus, & Valentia. Ex eo autem, quod Regibus etiam ipsis, qui pollent inter homines potentia, salus à Deo datur, bene sequitur, *quam ſi unus ſalus hominis* y, & quod *ſimpliciter Domini eſt ſaluus* z: *Quum legiſſet Rex Iſrael litteras* Regis Syriæ, quibus petebat, ut curaret Naathan à lepra sua, *ſcidit veſtimenta ſua, & ait, Numquid Deus ego ſum, ut occidere poſſim, & vivificare* a? &c. Sed & salutem dati Regibus pro re dicitur eximia, quod eorum sit salus difficilis, ob ingentia pericula occasionesque peccandi, & propter muneris, quod gerunt, gravitatem. *Difficile* pronuntiavit Christus, etiam cum quadã admiratione, & exclamatione, *divitem intrare in regnum cœlorum* b, quia monitus adolescens de via perfectionis, abierat tristis, quum esset aliquin bonus c: unum divitem appellavit *ſultum* d: alium dixit *in inferno*

a *pſ.* 17. 51.
b *pſ.* 32. 16

c pſ. 60. 7
d pſ. 104. 15
f Prov. 21. 1
g cap. 16. 10
h pſ. 75. 13
i pſ. 2. 12
K Sap. 6. 7

l 4. Reg. 12. 20
2. Par. 24. 25
Senſus myſticus.

k Mythold. 1

m Matt. 10. 34.

n cap. 25. 34
o cap. 10. 24
p cap. 23. 17

q in Luc. c. 10

r vers. 20

s Coloſſ. 1. 18
Apocal. 1. 5

t Joan. 19. 32

u Prov. 8. 15
x Eccl. 10 8

y pſ. 59. 13
pſ. 107. 13
pſ. 3. 9

z Æneæ Silv.

24. Reg. 12. 7

a Matt. 19. 23
Marc 10 23
24. Luc. 18. 24.
b Mat. 19. 22
Luc 18. 24
c Luc. 12. 20

d 1. Reg. 8. 6. 7
cap. 11. 11. 20

e cap. 16. 23

f 2. conſeſſ. cap. 2
g vers. 5
h cap. 3. & 4

i Aſſ. 13. 9

K pſ. 77. 22

l 2. pædag. cap. 4

m in Luc. c. 10

n pſ. 88. 28
Iſa. 49. 2
Tropologia o 34. *moral. c.* 6. *vel* 8.
p Ephes. 6. 17

q Hebr. 4. 12

r Mat. 10. 34
t Luc. 2. 35
t Joh. 21. 17

u 15. *moral. c.* 29. *vel* 37

x vers. 4
y pſ. 56. 5.
pſ. 6. 5
z Prov. 5. 9
a cap. 25. 18
b cit. at. Iacin. c Prov. 30. 14

Sepultum e. Itaque peculiari quodam modo convenit Deo divites, & potentes salvare, quia magis arduum, magis rarum: quod item verum est de sapientibus secundum mundum. Exemplo fuit Victorinus ex celebri rhetore Christianus, ad quem Augustinus, *f*, applicat illam psalmi nostri sententiam *g*, *à Domine, qui inclinaſti cœlos, & deſcendiſti, tetigiſti montes, & fumigaverunt*. Idcirco autem docet *h*, Deum, Angelos, homines de hujusmodi hominum difficiliore conversione magis gaudere: quia plus vincitur hostis in eo, quem plus tenet, & de quo plures tenet: plus autem superbo, tenet nomine nobilitatis; & de his plures nomine auctoritatis. Ibi demum docet, *Paulum* hoc nomine vocari voluisse, qui dicebatur antea *Saulus*, ob tam magnum insigne victoriæ de Paulo Sergio à se conversoi; nempe quomodo quidam cognominati sunt Africani, Asiatici, &c. *Deus noſter, Deus ſalvos faciendi* &, eos maxime, quibus necessaria magis, & magis difficilis salus, cujusmodi plerumque Reges, potentes, divites, nobiles, sapientes.

Qui redemiſti David ſervum tuum de gladio maligno.) Hieronymus. *Qui eruis David ſervum tuum de gladio peſſimo*. Alii, *Qui liberaſti David ſervum tuum à gladio malo*, vel *periculoſo*, vel *à gladii periculo*. His vero etiam, sicut ut prius, extat participium Hebraicè, & Græcè, quod; suppleto substantivo verbo, admittit omnia tempora, ut, antea monui. Chrysostomus & Basilius, quia Græcum participium est præsentis temporis, notant id tempus, & non præteritum positum ut ostendatur perpetua Dei providentia. Chaldaicè apud Nebienem, *à glaudio pravo Golia*. Tres ultimæ dictiones rejiciuntur ab aliis in versum sequentem. Sed commodior connexio est ista, & sequens versus continet iisdem plane verbis repetitionem alterius, qui præcessit: & non est insolens, si quis velit retinere dictam aliam connexionem, & ordiri versum novum ab ultimis illis tribus vocabulis, ut sententia proximæ antecedentis versus pendeat ex sequenti. Gladius malignus, à quo se liberatum canit David Goliæ, gladius est aut Jesbibenob, quemadmodum antea dixi; aut arma per *gladium* intellecta, cujuscumque alterius hostis. Vocatur *malignus gladius*, sive *malus*, quia valde periculosus, ob perlequentium potentiam, & quia injuste intentatus. Porro servum Dei David modeste appellat, ut alibi A, sæpius, qui tamen à Deo ipso nominatur *excelſus præ Regibus terræ* m, magis glorians hoc servitutis titulo, quoniam revera Deo servire regnare est; simul etiam agnoscere voluit eximium erga se beneficium Dei, distincte se, ac nominatim exprimendo, quoniam sacra præ aliis unctione donatus fuerat, & quia tunc quando regnabat, unus inter omnes Reges legitimo, claro jure Rex erat, & suam vocationem ad regnum, intelligebat à Deo esse, & colebat Deum, peculiariter te cognominavit *Dei ſervum*, quamvis cuncti Reges ministri Dei sint, Deusque servum suum vocaverit etiam Cyrum n, prophanum Regem. Postremo tropologiam gladii maligni prius allatam Gregorius o, quoque latius prosequitur, posita distinctione de bono, & benigno gladio tantæ prædicationis, quem vocat Apostolus p, *gladium ſpiritus*: adde *ancipitem, pertingentem uſque ad diviſionem animæ, & ſpiritus* q, & *ſeparantem* affectus carnales r: item de tribulationis, doloriisque gladio, qui Mariæ *animam pertranſivit*: præterea de gladio æternæ damnationis s. *Malignum gladium*, qui hoc loco est, affirmat esse iræ, ac diabolicæ persuasionis, quo male quisque percutitur, ut à via rectitudinis extinguatur. Repetit hoc ultimum idem Doctor u, scribens, illos in inferno juxta iniquum diabolum, & malignum esse, qui iniquitatis ejus gladio ceciderunt percussi. *Gladium malignum* fortasse David, præter bellica pericula, quæ Dei magno beneficio evaserat, intellexit multo deteriorem peccati gladium, tum adulterii, tum homicidii, tum numerati populi, à quo longe majore Dei ejusdem gratia redemtus fuerat. Redemtio autem indicare potest non solum pretium Christi sanguinis, & meritorum: sed etiam ejus ipsius qui redimitur, contritionem, atque satisfactionem. Has exhibuit David, & Deus ipse de illo pœnas quoque repetit, velut quamdam solutionem pretii pro redemtione. Est præterea *gladius malignus*, de quo hic agitur, secundum tropologiam Augustini, & aliorum, is, quo filii alieni loquuntur dictam prius x, vanitatem: aliasque appellatur *acutus* y, *biceps* z, & conjungitur cum *jaculo, ſagittaque acuta* a: non tantum de lingua b, sed de dentibus c, quoque maledici dicitur, sive detractoris, ac loquentis falsum testimonium.

Vers.11.) Eripe mè, & erue me de manu filiorum alienorum, quorum os loquutum est vanitatem, & dextera dextera iniquitatis.

Sensus loci.

REpetitio est partis versus 7. & integri 8. rursusque petit Prophęta ea, quæ prius petierat, assidue rogans, & iugiter supplicans, inquit Chrysostomus, & Euthymius ut liberetur ab improbis hominibus. Aliam causam reddit Theodoretus, quia improborum hostium suorum fœlicitatem narraturus, pravitatis insimulationem sumsit ad opem ferendam Deum excitans, quasi diceret; Isti sic te deridentes, & simul cum injustitia, & malitia vicentes secundis ventis feruntur, & à te bonorum affluentiam accipientes, iniquitatis viaticum felicitatem habent. Innuit Cajetanus rationem tertiam, ut demonstretur simile beneficium divinæ opis liberantis ab extraneis in utroque statu populi, tum sub Moyse, Iosue, aliisque ducibus, & judicibus, tum sub regibus. Hugo post Cassiodorum afferit hac repetitione reddi iniquos detestabiliores. Nec opus tamen est, ut quæ prius dicta sunt, repetamus.

Eripe me, & erue me.) In Romano Psalterio & Ambrosiano, apudque Cassiodorum *eripe me, & libera me de aquis multis*, sed ultimæ dictiones tres desunt in textu Hebræo & Græco, & in aliis editionibus.

Vers.12.) Quorum filii sicut novellæ plantationes in juventute sua.

Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi.

Sensus loci.

QUoniam improbis in hac vita sæpe prospere cuncta succedunt in propria persona, in prole, in possessionibus agri, & pecoris, in domibus, in securitate, & in vacuitate contentionis, litis, prædationis, querelarum; idcirco prosperitatem istam describit David, & quantam os illorum vanitatem loquutum sit docet, quamque præpostere quod sinistrum est, pro dextro habuerint, ac vice versa, videlicet beatum judicando, & pronuntiando populum cui hæc essent, quum re vera beatus dumtaxat sit *cujus Dominus Deus ejus*, & qui ab eo, & qui in eo summam felicitatis suæ expectat, & collocat. Perversi illi judices alienigenæ sunt, sive alieni, & alienorum filii, aquæ contradictionis, gladius malignus, ut ait Augustinus. Ayguanus enumerat iex, in quibus constituunt impii beatitudinem: perversas actiones (quas *dextera* denotat *iniquitatis*) filios, & nepotes: bona corporalia (quæ designantur per *ornatum filiarum*) fructus ex terra nascentes; pecudes, & multa animalia: temporales, & diuturnos successus: hos quos indicat maceria sive ruina, &c. Hugo distinguit prosperitatem in prole masculina, & fœminina: in terra nascentibus: in animalibus, in quiete, ac pace tanta, ut nec maceria ipsa ruat, quamvis absque cæmento sit. Ut non sit transitus adversariorum, neque clamor adversitatis, & somnus importuna quorumvis loquacitate non interrumpatur. Hilarii paraphrasis de his omnibus ista est sane elegans; Et hæc sunt, quantum arbitror, ait, hujus sæculi bona communi universorum beata judicio: res sæculi, loqui, atque agere (*loqui vanitatem* istud est, & *dexteram* habere *iniquitatis*) rapere, aut emere honores: sub pretio fallo ditescere: gloriari in adultæ ætatis liberis, quorum efflorentes anni novellæ exultationis firmitate confidant, optare speciosi corporis filias, atque eas in modum templi, damno inutili pecuniæ ingentis ornare: multiplicatis horrea fructibus rumpere, quæ congestas opes in promptuaria alia angusta his quæ in se conduntur eructent; geminatis quoque oves fœtibus velle: quas egressas nullus feræ occursus imminuat: delectari boum tuorum sagina; circumsepta etiam domorum firma præbere, ne transeundi per ea cuiquam sit potestas: non flere, non lugere, non gemere; sed prospero fœlicitatis suæ cursu nulla adversæ calamitatis molestia impediri. Cajetanus, beatitudinis politicæ, octo partes distinguit, pulchritudinem, vegetationem, robur juventutis in filiis: pulchritudinem in mulieribus ex membrorum lineamentorum que commensurata formatione, ut solent incidi in templis anguli, quæ sunt loco celeberrima; vel statuæ bene incisæ in iisdem collocatæ ornari: ad hæc abundantiam frugum, multiplicationem ovium, robur animalium portantium, sive trahentium, ut boum, & similium: unitatem civitatem: quietem populi, ut non sit ei egressus, hoc est egrediendi necessitas ad bellum: justitiam, quæ per negationem clamoris innuitur. Postremo addi docet nonam velut formam, & rationem reliquarum, nempe religionem, quæ efficit ut populus Deum verum habeat pro Domino suo, ac proinde pro summa felicitate. Sed ponit Cajetanus juxta translationem aliam, de qua dicemus, non reprehendi vanam opinionem priora recensentium, tamquam veræ beatitudinis partes. Quæ est communis Patrum expositio, & consentanea nostræ translationi. Immo Hieronym. *a*, indicat hic querimoniam contineri de tanta improborum prosperitate, qualis est apud Abacuc *b*, & in psalm. 72. *c* & addique potest Jeremias *d*, & Jobe, Genebrardus vero multis argumentis non posse huic locum accipi de desiderio Davidis, aut ullius justi demonstrat. Mystico sensu Cassiodorus & Hugo de Hæreticis potissimum omnia ista declarant; quem sensum, & si qui alii sunt, commodius delpiciemus in singulorum enucleatione.

[B] *Quorum filii sicut novellæ plantationis in juventute sua.*] Hieronymus, & alii multi ex Hebræo transferentes, immo etiam Augustinus in speculo, ubi fere sectatur Hieronymi translationem, legunt ista, & ea quæ sequuntur in prima persona, & quasi David fructum liberationis de manu filiorum alienorum dicat esse, loquens de ipso in plurali numero, aut secum comprehendens populum sibi subjectum, si videlicet Deus liberaverit, aut si deinceps adhuc liberet. Legunt, inquam, hic, hoc pacto, *ut sint filii nostri, quasi plantatio crescens in adolescentia sua*. Trevetus recitat ex Hieronymo *& sint filii nostri quasi plantationes crescentes in adolescentia sua*. Augustinum habet, *ut sint filii mei quasi plantatio*, &c. Quamvis autem legeremus in prima persona, tamen idem esset sensus cum eo, quem facit nunc lectio in tertia: nempe filios illos alienorum, quorum os locutum est vanitatem, protulisse hanc vanitatem, dicendo quod, seu, quis filii nostri sicut novellæ plantationes &c. cum aliis quæ sequuntur. Hebræa prima vox est אשר *ascer*, quæ ut plurimum pro pronomine *qui, quæ, quod*, in omni genere, numero, & casu: secunda est בניו *banau: filiis eorum*, accipientes quoque אשר *ascer*, ut pronomen relativum ὃς ὁ ὅστις αὐτῶν *quorum filii ipsorum*: solent enim duo pronomina ita conjungi apud Hebræos. Sic vero etiam אשר *ascer* vertit 8. translatum est per ὧν *quorum*: vel ad sensum respicientes hoc modo reddiderunt, exprimendo rem ipsam, non quid aliud dixerint. Sequens deinceps כן טע מטעים *chin tahhim megudalim, quasi plantationis crescentes, aut qua creverunt*, aut *quæ crescunt, & perveniunt ad maturitatem*, ὡς πεφυτευμένα ἐβραιστικά: quod in vetere Latino Psalterio, & apud Augustinum, *quorum filii sicut novellæ constabilitæ*. Apud Hilarium, *quorum filii sicut novella plantatio stabilita*. In Romano Psalterio *stabiliti à juventute sua*, nimirum filii. Apud Cassiodorum, & in Ambrosiano Psalterio, *stabilitæ*, scilicet plantationes. Quod ultimum congruit cum textu Græco, ubi epithetum neutris generis ad νεόφυτα pertinet, non ad nomen υἱοὶ, ad *novellas plantationes*, non ad *filios*. Si esset ἐδραιωμένοι ab ἐδράζω, quod in notationibus ad Biblia Græca Sixtina male scribitur per *υ ypsillon*, melius exprimeretur illud Hebræum participium מנרלים *meggudalim*: significant enim hæc duo adultas, auctasque novellas plantationes. Et Plato *f*, referre scribit, ubi plantæ statuantur, ut possint βλαστάνειν, ἢ ἐδράζειν: præterea in parabola Nathan de ove, quod legimus, *crevisse apud pauperem cum filiis ejus* g; Hebraice dicitur, תגדל *thigdal*, Græcè in emendatis Bibliis, ἐβρύηση, in aliis, συναυξηθῆναι eodem verbo in libro Judicum *h*, dicuntur crevisse filii Galaad meretricis; quamvis scribatur, ἐβρύησαν, ab ἐδράζω, quod est grassescere, ac in justam crassitiem, & quantitatem crescere: quod tamen ibi cum spiritu leni male notatur. Hoc significat, *simul nutrita est*: illud, *aucta, adulta, crescens*, &c. Prætentum vero psalmi locum exponit Aquila per μεμεγαλυμένα, ideſt, *plantationes grandes factæ*. Symmachus, ὑψωμένα, *auctæ*. Latinus Interpres omisit hoc loco explanationem epitheti Græci ἐβρυλένα, ἐβρυμένα, quoniam sine illo eis ipsa satis intelligebatur; vel quia nomen *novellæ* per se idem valet, quod *novellæ plantationes*, ut in psalmo 127. *i*, forsassis Interpres transtulit, *plantatæ*, ut est in Bibliis Complutensibus, & Regiis: postea vero *plantationes* alius reposuit. Similis comparatio præ-

Politicæ beatitudinis partes.

Sex in quibus impii suam beatitudinem constituunt.

Expositio mystica.

a cap.1.

b cap.1.12 & cap.2.1.7.8 9.10.11

c cap.72.6

d cap.12.1. & seqq.

e serm.10. de diversis.

f Plato de legib.

g 2. Reg.12.3.

h cap.11.1

i vers.3

præcessit in dicto psl. 127. *filii tui sicut novellæ olivarum* ubi est nomen idem νεόφυτα. Sed aliud Heb. שתילים *scethilim, plantulæ, surculi*, de quo ibi egimus. Ultima vocabula time, pro quibus extat, *in juventute sua*, Hebr. tunc, בנעוריהם *binhhurehem, in juventutibus, aut adolescentia eorum*: sed nomen plurale pro singulari sumitur, quemadmodum & in psal. 128. a *Sæpe expugnaverunt me à juventute mea*, בנעורי *minnehhurai*: immò non hab. hoc nomen alium formam, quam multitudinis. Juxta translationem ex Hebræo, desiderat David, ut filii Israel crescant in virtute corporis, & mentis. Paraphrasis Chaldæa sic exponit, *quod filii nostri sicut plantationes doctrinarum, in doctrina legis nutriti à juventute sua*. Descriptio talis est in Jeremia *b*, *plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum*: item in Jobe, *Sublevati sunt, confortatique divitiis, semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotem in conspectu eorum: domus eorum securæ sunt, & pacatæ, & non est virga DEI super illos: bos eorum concepit, & non abortivit: vacca peperit, & non est privata fœtu suo: egrediuntur quasi greges parvuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus*. Acutè autem Augustinus. Ecce puta, ait, sint filii sicut novellæ constabilitæ: nonnè aliquando etiam novellas silvis vicinas, silvarum ignis absumit? Magnum profecto prolis est bonum, & magni præsertim apud Hebr. æstimatum, ut aliquoties vidimus: atque testatur Deuteron. liber *c*, in quo hæc inter benedictiones recenseturs, similes planè his, quæ hoc loco ponuntur, nempe in civitate, in agro, in fructu ventris, & terræ, & in jumentorum, gregibus armentorum, caulis ovium, præterea in horreis, & reliquis, in cellariis, & omnibus operibus manuum, item in ingressu, & egressu, denique cont. a hostes, ut fugiant, & corruant.

f Ovid epist. *Fœlix in numero quoque sum*, dicebat illa *f*, *prolemque gemellam*
Pignora, Lucina, bina, favente dedi.

Diogenes beatum prædicabat, qui fœlix prole effet, filiosque, qui defenderent ipsum, robustos haberet. Euripides possessionem pulcherrimam nominabat, potiòremq; divitiis, & columnas familiarum, si cui essent liberi boni. Menander magnam felicitatis partem filios bona mente prædicos, εὐδαιμονίαν, inquiebat, τοῦ πατρὸς υἱὸς ἀγαθὸς χρὴ εἶναι. Quam sententiam videtur ex nostro Sapiente mutuatus, *filius sapiens lætificat patrem* g. Cornelia Gracchos filios suos vocabat ornamenta, non externa illa, quæ alia mulier ostentabat *h*: quod & Licæna dixisse, ac fecisse proditur. Junicum suum mundum ostendenti *i*. Ut porro hominem Plato, aliiq; inverſam esse arborem dixerunt, sic tenellos filios licuit novellis affirmare similes Plantis: nec minus hinc laboris, hinc voluptatis in eorum, quam in plantarũ capi cultura constat, affirmatq; Pampolit. Dici etiam possunt *alienorum*, ideſt, vanorum, ac nomine indignorum, *filii novellæ plantationes*, hoc est, vanæ, cum solis foliis, absque fructu. Mystice post putant Hieron. Cassiodorus filios istos interpretatur pravi dogmatis prædicatione generatos, qui novellis plantationibus dicuntur similes, quia nulla à Patribus tradita prædicatione viguerunt: sed exquisitis novellis erroribus pullularunt, maleque stabiliti, pessima radice defixi sunt: non enim de Prophetis, non de Apostolis, non de aliqua divina auctoritate firmati sunt, sed voluntaria perversitate novitatis à sanctæ Ecclesiæ unitate discreti sunt. Observa præterea in 127. k psal. fidelibus datam hanc eamdem similitudinem; sed ibi filios sanctorum circa mensam Domini dici constitutos; hic vero quia communicationem non habent rectam, altare eis sacratissimum submoveri. Idem ferè tradicebit Remigius, Haimo, Hugo, Bruno, dicuntq; plantis novellis hæreticos censeri similes, quoniam de die in diem in pejus crescunt, ac semper sunt juvenes, novæq; cogitationes eorum. Id hæreticorum sectis objiciunt, qui contra illos dubitant, præcipuè Tertullianus, & Lirinensis.

Filiæ eorum compositæ, circumornatæ ut similitudo templi.) Hieron. & Augustin Speculo, *filiæ nostræ, quasi anguli ornati ad similitudinem templi*. Quod Trevetus exponit de filiabus pulchris, & ornatis, ut sint aptæ nuptiis: & vim comparationis esse, quoniam quum in angulis, præsertim sordes esse soleant, solent hi in templis præcipuè mundari, & ornari. Lyranus conſitetur, etsi de angulis nihil dicat. Alii pro *templo*, palatium reddentes, quod significat etiam היכל *hechal* & *angulos poli* 101. ac *bene excisos*, interpretantes כחיות מחטבות חנית *chenavioth mechutsavoth hanit*

k cap.143.

ainith, decent hujusmodi etiam ædium partes potissimum solitas exornari significari autem & filiarum corpora ornatiora, & ipsas elegantia, ac splendore domum exornare, Cajetanus, ut antea monui, statuas intelligit in templorum collocatas angulis. Campensis columnas angulares, formosas, & politas in iisdem, vel in Regum palatiis. Felix angulos templi tesselatos, & sectos, quique ita videntur bene compositi, & ornati, ut præ magnitudine sectionis, & ornamenti, aliquid pulcherrimum ostendere videantur. Propriè significant זויות *zauijoth, angulos & pinnas ædificii prominentes*: nec aliud occurrit exemplum in Scriptura. Chaldaicè dicuntur filiæ יוחנין *ziuethanin, splendidæ*. Vox quidem Hebr. זיו *ziu, splendorem* significat: & psalmo 46. l *pulchritudo agri*, ὡραιότης, dicitur eadem voce Hebræa זיע *ziv*. Additur vero in eadem paraphrasi, *filiæ nostræ splendidæ, & acceptæ Sacerdotibus, qui ministrant in medio templi*, videlicet fortasis, ut judicentur idoneæ, quæ connumerentur collegio excubantium in templo. Altera vox Hebræa est מחטבות *mechutsavoth*, epitheton angulorum, quos præcedens nomen significat, ut sint anguli inciſi, politi, dolati, itaq; apti; ac sic ex uno solo lapide extructi, & unus tantum lapis. Eequia domus, palatium, templum undique angulis constat, verterunt LXX. pro *angulis* qui componunt sustentando, & ornando, κεκαλλωπισμένα, ut *sit compositio ornata*: quod Symmachus edidit, ὡς ἐστηγμένα κεκοσμένα, *ut anguli ornati*: Aquila, διηνθισμένα, *diffusi*. Apollinarius τόπον τινὰ κεκαλλωπισμένον, *tantum ornatum circa pulchritudinem*, proi scitis verò angulis posuerunt iidem LXX. περιπεκαλλωπισμένα, *circumornata*. In Proverbiis *m*, ubi est חטובות *chatsuvoth*, vertit Hieronymus, *lectulum stratum superibus pictis*: Atque ita hoc loco possent significari *filiæ ornatæ, variegato indutæ*, & ut est in psalmo 44. *n circumdatæ varietate*, sive *circumamictæ varietatibus*. Tertia תבנית *thaunith* בנה *banah*, *ædificare* significat proprie exemplar, ac typum ædificii, quem vocant Itali *modello, & disegno*. Galli *patron, ou pourtraict*. Extat in Psalmo 105. o *Mutaverunt gloriam suam in similitudinem viruli*: In Exodo *p*, etiam, quum præscribitur forma tabernaculi, & similium rerum: in Deuteronomio *q*, quum prohibetur sculptura similitudinis, aut imaginis masculi, vel fœminæ. Hoc loco psalmi nostri est Græce ὁμοίωμα, *similitudo*: necnon in Psalmo 105. *r* in Exodo, εἰκών, *imago*, in Deuteron. παράδειγμα, *exemplum*. Ultima היכל *hechal*, quod alibi notavimus amplioremdomum significare, sive *ædem*, sive *templum*. Non legi alium Auctorem, qui formam, pulchritudinemve mulieris hac similitudine describeret: quamvis vulgari quadam Italica cantilena, quidam uxorem suam similem facit faciei summi templi Urbis veteris, cujus elegantia eximia est. Facit nonnihil ad rem, quod epidicticũ orationis genus Cicero *s* pompæ, quam pugnæ, aptius scribit; aut quod tarditates in ingressu molliores, cum pomparum comparat ferculis *t*. Faber juxta translationem de angulis, vult alludi ad lapidem angularem, de quo dictum est psal. 117. *u* & inni desiderium, ut sint Ecclesiæ filiæ similes angulari, ut de Christo mystice dicitur: vel ut pulchritudo earum sit *ab intus* x, sicut Hieroſolymitani templi pulchritudo erat præsertim intra ipsum. Apollinarii paraphrasis hæc est,

Αὐτὰρ θυγατέρες τότε περὶ κάλλεϊ κόσμου
ἄγκυραι τῶν φῶτες χρυσάμπυκα νῶτα, ὁρᾶσθαι.
At filiabus tantum in flore ornatus,
Oculis diceres deauratum templum videri.

Comparatio ista ex ornatu templi, seu ex apta, & eleganti structura tẽpli, quæ repræsentantur etiam in ipso ejus typo; & exemplari, aut ex imaginibus, quæ in templo statuuntur, ut ait Hugo, ostendit laudabile, ac religiosum esse divino cultui ornatas ædes construere, & exemplo Davidis nostri, *diligendum esse decorem domus Dei* y. Qua de re alias diſſervimus. Sequitur deinde in ista reprehensione perversi improborum de fœlicitate judicii, comprehendi supervacaneum ornatum, mundum muliebrem, doquo item egimus commentario epistola Petri primæ z, qui æmuletur, æquet, vincat etiam eum, qui sacris locis, ac rebus debetur. Citò hinc transeamus, ait Augustinus *a*: consulendum est pudori fœminarum; legi autem poſ sunt Petrus *b*, Pauluſque *c*, cum Esaia *d*, præter adeò multa & sacra, & profana testimonia, maximè ex prio-

l cap.14.13

m cap.7.16.

n vers.10.15

o vers.20 & cap.25.9

p cap.4.16

q cap.4.16

r vers.20.

s in Orat.

t 1. offic.

u vers.22.

x psal.44.14

y psal.25.8 Reprehenditur supervacaneus ornatus muliebris usque ad diversa.

z cap.3.3 & serm.20. de diversis.

a ep.211.2.3 & serm.29 de verb. Dom.

b 1. ep.2.3

c 1. Tim.2.9

d cap.3.24

prioribus, quæ sunt in tractatibus de habitu virginum, ut Cypriani, vel de cultu fœminarum, & de ornatu mulierum, ut Tertulliani; vel adversus mulieres ambitiose se ornantes, ut Nazianzeni: vel de virginibus earumve institutione, ut Ambrosii. Collegit ex utroque Auctorum genere nonnulla Busæus noster in Panario suo, sive arca Medica *a*: & Magalianus *b*: sed multo plura Tiraquellus *c*: & lectu dignus Bernardinus *d*: præterea quæ recitat ex Patribus Joannes Lopez *e*. Hoc nomine inter alia, Rex Tyri reprehenditur apud Ezechielem *f*, à DEO, quod lapides dicatos cultui DEI in veste sacerdotali *g*, superbius usurparet in sua, affectans divinum honorem, & Græcè ibi duodecim numerantur, ut Græci enarrantes Ezechielem notant, ac Hieronymus ad Fabiolam *h* indicat. Præstaret mundum illum converti in DEI cultum, exemplo malo in bonam partem converso, mulierum, quæ suum obtulerunt, ut pro DEO vitulus conflaretur *i*, quemadmodum à Clemente Alexandrino *k* notatum est, qui eleganter, sciteque comparat *l* ornantes se superflue cum templis Ægyptiorum, porticibusque illorum, vestibulis, & lucis magnifice adornatis verum quæ contineant intra penetralia feles, crocodrilos, serpentes, & similes belluas, (adde abominationes ostensas Ezechieli *m*, intra templum) hoc est adulteria fornicationes, gloriæ cupiditatem, propter quam videlicet dum seipsas colunt, coli volunt tamquam deæ; *Castrorum acie ordinata*, cui sponsa cum laude similis dicitur à sponso *n*, posset varium, pretiosumque designare illius ornatum, & cultum apte dispositum, cum pompa, & apparatu famulorum. Sed Ammianus *o* fastum, ambitionemque istam in Romanis arguens matronis, utitur eadem similitudine ex acie ordinata. Vitruvius *p* vero architecturæ originem arcessit ex eo, quod statuæ marmoreæ mulieris stolatæ, quæque Caryatides, dicebantur initio pro columnis constitutæ sunt, & insuper mutuli, & coronæ: præterea captivorum aliorum simulacra barbarico vestis ornatu tectum sustinentia. Petrus cantor apud Harentalsium hoc loco similem spectat cum imaginibus templorum comparationem. Id pius Poeta Bartholomæus Botta sic expressit in carmine paraphrastico,

a verbo Vestium luxus. b in 1. Tim. 2. sect. 4. annot. 7 c in l. 3. connub d de Christ. relig. ser 46. & 47. & de Evang. ætern. serm. 47 e epit. conc. l. 9. cap. 2 f cap. 28. 13 g Exod. 28. 17 h epist. 128 i Exod. 32. 2. & seqq. k 2. pædag. 2. 12 l lib. 3. c. 2 m cap. 8. 6 n Cant. 6. 3. 9 o lib. 14 p lib. 1. c. 1

Sunt & imaginibus similes, quas doctus Apelles
In templis multa pinxerat arte Deum.

Sensit, ac experta est Prætextata, quæ ut cum viro Hymetio satisfaceret, Eustochii neptis DEO dicatæ crimē mundano more pexuerat, severitatem divini judicii: manus enim ei exaruerunt, marito orbata est, & filiis, finitoque quinto mense, mortua ad inferna ducta est: Christo sic ulciscente violatores templi sui *q*. Pampolitanus hoc loco reprehendit acriter parentes, qui circa filiorum, filiarumque ornatum nimii sunt, quia sic nutriunt ad lasciviam, & inobedientiam mandatorum DEI, & faciunt filios gehennæ: filias vero ipsas, quod sicut Ecclesia ornare se studet virtutibus, ut sponso suo Christo placeat, ita illæ se ornant, ut hominibus placere possint, quod non solum, inquit, vanum, sed etiam insanum est; dum enim sic florent in conspectu hominum, funditus arescunt, immo & fœtent in conspectu angelorum. Pythagoras Samius disputando contra luxum, hoc consecutus est apud populum Crotoniensem, ut matronæ auratas vestes, cæteraque dignitatis suæ ornamenta, velut instrumenta luxuriæ, deponerent, eaque omnia delata in ædem Junonis, ipsi Deæ consecrarent *r*. Aliud exemplum sed bonum, Hebræarum mulierum produnt sacræ litteræ *s*, quod ad cultum tabernaculi armillas, inaures, annulos, dextralia contulerint. Mulieres promittentes θεοσέβειαν *pietatem in Deum*, Paulus *t* jubet esse in habitu quidem ornato ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, *in veste munda*, cum verecundia, & sobrietate ornantes se: sed vetat tortos crines, aurum, margaritas, vestem pretiosam ἱματισμὸν πολυτελῆ, *vestitum sumptuosum*. Pietatem vero in Deum nominando, fortassis etiam voluit illas esse memores; decere magis cultum DEI hujuscemodi ornatum. Rara in ornatioribus pietas in Deum: nec in proximum charitas, aut etiam justitia fere servatur; sed rapto talis suppellex, ac homicidio interdum acquiritur. Sic nimirum Samson ut triginta viris totidem sindones solveret, ac tunicas, tot etiam viros alios occidit, & ab illis vestes eas abstulit *u*. Mysticè putatus Hieronym. cum reliquis, quos priore membro memoravi, *filias* istas *compositas*, & circumornatas, ut similitudinem templi, ait esse hæreticorum fragiliorem sexum, voluptates quoque, ac delicias: sermonem illorum compositum, sed sensum sordidum; denique verba tantum esse de sapientia sæculari composita, & lautum sermonem, verum absque viribus, & virili robore; circumornatas dici has filias, idest, hæreticos imbelles, ut similitudinem templi, quia non habent veram Ecclesiam, sed similitudinem Ecclesiæ. Cassiodorus in sexu fœminino, attendit varias, fluxasque hæreticorum cogitationes, quia constantiæ fœmina non habet vires, quum frequenter in diversa vota traducatur. Deinde non naturaliter pulchras istas dici, hæreses nempe, sed hominum voluntate compositas. Tertio, cogitationes, vel prædicationes hæreticorum non habere veram Ecclesiam, nec veritatem, sed solam similitudinem, imaginemque Bruno *filias compositas* explicat locutiones hæreticorum, quibus dialectice, theorice, urbane loquuntur, ut magis decipiant: circumornatas esse, sive non mediocriter, sed usquequaque & per omnia ornatas ut similitudinem templi, quod est fides, eo quod in ea omnium bonorum operum, & virtutum sacrificia offeruntur, vel Ecclesia verus locus sacrificii: cum hæretici similia fidei loquantur, & extra Ecclesiam sacrificium, saltem cum merito, ut ego interpretor, offerre non possint. Affert comparationem ex filiabus Madianitarum, quæ à parentibus adornatæ filiis Israel exponebantur, ut sic deciperent, & offenso ab illis Deo, superarentur *x*. Cancellarius Parisiensis Grevæus *y* opera hypocritarum comparari vult filiabus ornatis, propter infirmitatem, dissimulationem, ornatum exteriorem. Nam sicut fœminæ sunt infirmi, ut ex eorum liquet indignatione in falsa justitia, fastu in arguendo, impatientia in respondendo: dissimulant etiam simulantque, & exteriorem solam speciem virtutis ostentant, *similes sepulchris dealbatis* z, & *sterquilinio* a, & Jezabeli, quæ *sterquilinium* ipso nomine significat, *stibio* autem, *oculos depinxerat, caputque ornaverat, respiciens per fenestras* b.

q Hieronym. epist. 7
Reprehenduntur parentes, qui circa filiorum filiarumque ornatum nimii sunt.
r Justin. l. 20
s Exod. 35
t 1. Tim. 2. 8. 9
In ornatioribus rara pietas in Deum.
u Judic. 14. 19
Expositio mystica.
x Num. 25. 6 & seqq.
y serm. 32
z Mat. 23. 27
a Job 20. 7.
b 4. Reg. 9. 30

Vers. 13) Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud; oves eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis.

Vers. 14.) Boves eorum crassæ.

Non est ruina maceriæ: neque transitus, neque clamor in plateis eorum.

Sensus loci.

POst primum, & secundum felicitatis genus, ut quis filios habeat virentes, & florentes, validos, firmos, veluti plantas bene radicatas, & fixas, ut spes sit longo tempore victuros; præterea filias formosas pulchrasve naturali pulchritudine atque aptu membrorum compositione, seu conformatione: ornatas etiam externo cultu, & habitu, adduntur modo alia tria genera. Tertium est, ut promptuaria, cellaria, apothecæ, penu multiplex adeo sit refertum variis frugibus, & rebus aliis ad vitæ usum necessariis, ut oporteat ex uno in aliud tantam copiam exonerare, atque transferre, aut etiam priora propter angustiam destruere, ac nova facere, quemadmodum stultus ille dives facere voluisse describitur, cum non haberet ubi congregaret fructus, quos collegerat *c*, nimirum, quod supervenientibus novis adhuc superessent veteres, & locus novis dandus esset. Promissio DEI hac de re non tantum extat in Deuteronomio *d* sub vocabulo *benedictionis super horrea, & cellaria*, sed etiam in Levitico, ut *faceret terra anno sexto trium annorum* e: interdum quoque tantopere excrescerent, ac provenirent, ut comedere liceret *vetustissima veterum, & vetera, novis supervenientibus projicienda* f, essent, vel quia corrupta, vel quia deesset locus, ubi conderentur Beneficium DEI peculiare id fuit: aliorum enim agrorum fertilitas naturalis *g* major. Promittitur etiam *honoranti Deum de sua substantia, dantique de primitiis omnium frugum suarum, fore ut impleantur horrea saturitate, & vino torcularia redundet* h. Pollicetur idem apud Joelem *i* Deus *implendas areas frumento, & redundatura torcularia vino, & oleo*. Quartum est ovium fœcundarum, & quæ plurimæ conspiciantur, quum egrediuntur ad pascua, boum item pinguium: ex utroque enim animalium grege maxima provenit homini utilitas, & multiplex fructus, tum ad vescendum, tum ad vestiendum, tum ad arandum, tum convehendum, tum olim quidem ad sacrificandum; tum ad præliandum; comprehendique possunt simul aliorum animalium greges, & armenta, ut caprarum, seu hædorum, equorum, asinorum, mulorum, camelorum. Hæ priscorum, potissimum Patriarcharum, erant divitiæ, una cum servis, & ancillis

c Luc. 12. 16. & seqq.
d cap. 28. 7. 6
e cap. 25. 23.
f cap. 26. 10
g Aust. theatri volum 23 fol. 399
h Prov. 3. 10
i cap. 2. 24

ancillis *a*. Naturales veræque censentur hujusmodi divitiæ, ac honestæ, ut Aristoteles *b* docet; appellat eas Origenes *c* vivas florentes, crescentes primi illius sæculi, quasi in juventutis flore constituti, quamvis nec deessent auri argentique opes *d*, quod idem videtur negare. Ultimum temporalis felicitatis genus est, pax, securitas, tranquilitas tanta, ut non solum palatia domusve magnificentiores, ac solidiores, verum etiam, ex viliori, & infirmiori materia confectæ, maceriæ, sepesque integræ perseverent, nullus hostis, vel prædo irrumpat, transeatve per maceriam, nemo clamet, vociferetur, tumultuetur per compita, vicos, plateas, concitando seditionem, rixam, litem, aut quid tale. Similem prius protuli ex Job *e* sententiam: *Domus eorum securæ sunt, & pacatæ, & non est virga Dei super illos*. Quod significat caussam timendi abesse tum domi, tum foris: veram pacem adesse, atque securitatem, sine periculo *repentini supervenientis interitus* f: in tuto esse numeratas facultates, absque anxia cura illas colligendi, condendi, conservandi, qualis erat stulti divitis, de quo prius memini qui dicebat *g*, *quid faciam?*

a Gen. c. 13. 5 c. 20. 14. c. 20 12. 13. 14. cap. 27. 38. 39 c. 30. 43. c. 49. 25. Job 1. 3. cap. 42. 12 1. Paral. 5. 21 b 1. Polit. c. 5. & 6. c homil. 1. in Job. d Gen. 20. 16 c. 23. 16. Job 3 15 c. 23. 10. c. 28. 16. 13 cap. ult. 12 e cap. 21. 9 f Prov. 29. 1 g Luc. 12. 17

Promptuaria eorum plena.) Eodem pacto Hieron., nisi quod habet, *nostra*, in prima persona, quemadmodum antecedentia, & consequentia. Alii ponunt *penuaria, cellas, cellaria, horrea, conclavia, apothecas*, vel *angulos*; ut nimirum in omni angulo domus, aliqua sit frugum species, & quia in angulis ædium collocari solent penuaria vulgari sermone plenam habitantibus civitatem significare volentes, dicimus in omni angulo ejus reperiri, & domum plenam re aliqua, nullum non angulum eam continere. Proprie angulos nostros מזוינו *mezavenu* significant ab eadem radice à qua זויות *zavijoth* in versu priore: Addunt aliqui vestiarium, aut gazas alias thesaurosve, quibus varia supellex etiam pretiosa condatur: sed communis expositio de rebus ad victum spectantibus quæ generice vocatur annona, Apollinarius variis bonis ornata stabula interpretatur. Rupertus *h*, agens de benedictione Aser, cujus *panis pinguis*, dicitur *i*, quoniam (*Aser*) *beatum* significat, notat, quod rectè allusum est ad id nomen, illud docendo: eo quod pinguedo, vel abundantia panis, quædam beatitudo sit vulgi judicio; prout hoc loco habetur: verum nunc beatum populum esse multo magis, cujus Dominus Deus factus est *panis vivus de cœlo descendens* K.

h qu. in Gen. cap. 14
i Gen. 49. 20
K Joan. 6. 50. 59

Eructantia ex hoc in illud.) Hieronym. & August. in speculo *& superfundentia*, vel *supereffundentia ex hoc in illud*, Alii absque conjunctione, angulosque præcedente membro legentes *Anguli nostri pleni, producentes de specie ad speciem*, aut *suppeditantes de genere ad genus*, idest, varia genera annonæ, aut exeuntes, ac redundantes de specie ad speciem, hic est, ut præ copia frugum misceant se species, verbi gratia, triticum, avenæ, hordeo, leguminibus, quæ juxta fuerint; aut effundentes de alimento ad alimentum, de victu ad victum, de annona ad annonam, de esca ad escam; hoc est, quemadmodum Cajetanus exponit, vel ita ut domus plena tritico, exempli causa, effundat illud in hordeum, & alia hujusmodi; vel ut alimentum unius anni effundat in alimentum sequentis, utrovis namque modo, magnam abundantiam denotari. Chaldaicè *Cellaria nostra plena super exuberantia quotannis*, aut *sufficientia de anno in annum*: ita ut *ex hoc in hoc*, intelligatur ex hoc anno in sequentem. Hebr. מפיקים *mephikim*, *effusionem valet*, quod LXX. eructandi metaphora expresserunt ἐξερευγόμενα. Apollinarius explicat per circumfluentem aquam, sive per circumfluentiam in modum fluminis.

Ἐξ ἑτέρω δ' ἕτερόν γε περιβρέει ἄσπετον ὕδωρ,
Ex altero autem in alterum circumfluit immensa aqua.

Nomen זן *zan* denotat varium edulii aromatis unguenti genus, quod in thecis reponitur à זון *zun alere*, unde quoque מזון *mazon* l, *esca*, & זונה *zonah caupona*, sive *hospita*, quæ præparat escas, venditque. Hispani hospitium vocant *Meson*. Sed videtur hoc loco legisse LXX. זה *zeh*, vel זו *zo*, vel זו *zu* demonstrativum rei, loci, temporis, ita ut posset hic exponi *ex hoc*, idest, ex hac re in illud, nempe in illam rem, ex hoc loco in illum locum, ex hoc tempore in tempus illud. Trevetus meminit translationis, quæ habet, *de cibo in cibum*, & exponit de affluentia in multitudine, atque deliciis variis ciborum. Addit differre promtuarium à cellario, quod hoc sit brevis temporis, illud longi. Non extat promtuarium Latinum nomen in scriptura, alibi, quam in apocrypho Esdræ sæpius pro receptaculis animarum subterraneis *m*, vel pro cavernis, in quibus inclusi sint venti *n*, qui aliter vocantur *thesauri* *, vel pro apothecis seminum *o*. Sed Græcè ταμεῖα redduntur in eadem scriptura sæpe non minus per *cellaria*, quam per *promtuaria*. Nec ulla occurrit ratio discriminis: immo potius *promtuarium*, sive *promtarium*, locus est, in quo res ad usum necessariæ reponuntur, ut promi, proferrique statim possint: & cum addito dicitur etiam *promtuaria cella*, & *promus condus* pro *cellario* sumitur, qui præest promendis, & condendis: denique synonyma sunt *promtuarium, cellarium, penuarium*: & cl. vetus Psalterium, & creditus Hieronymus, ac Augustinus habent, *cellaria*, item, *ex hoc in hoc*. Mysticè primus *cellaria eructantia ex hoc in illud*, hæreticis accommodat, paratis ad contendendum, ut si illos tenueris in uno testimonio, ad aliud transeant, si in scripturis ad Aristotelem fugiant; si in hoc, ad Platonem, Ecclesiasticos, ait, esse simplices, nihilque præparatum habere: *Aperire os*, seu *dilatare*, ut jubet DEUS *p*, *& id impleri*, dari ipsis, quod respondeat ita ut præcogitare non debeant *q*: hoc etiam sibi velle, quod Christus dixit *r*, *Aves cœli non habere cellaria, neque horrea, pasci tamen à Deo*: quod peculiariter intelligit de monachis, qui habent apothecarum, horreorum, & cellariorum Dominum Christum; non divitias diaboli, sed paupertatem Christi, qui *propter nos pauper factus est* f, patrem relinquens, & regna cœlorum; negans discipulum suum esse, nisi, *qui omnia vendat, detque pauperibus* t: pollicens paupertatem, ut salvet, quum divitias promittat diabolus *u*, ut occidat. Postremo, quod *eructantia cellaria* dicantur, observat innui saturitatem, de qua qui eructant pereunt: qui autem de jejunio, salvantur. Hæc omnia ille pio pro simplici stylo, sed qui Hieronymum, verum non sapiat. Eumdem auctorem videtur imitatus Cassiodorus, & post hunc alii. Hic promtuaria ait esse hæreticorum corda, ubi diversarum rerum species, epulæque reposita sint, & unde eructationes pessimæ exhalationis, (non exaltationis, ut mendose legitur) emittantur: quos si auctoritate convincas, ad interpretationum nequitias transferantur; quum inde fuerint superati, ad sophistarum se versutias calumniasque convertant: ex quo infert Bruno contra ipsos agere, & cum ipsis loqui nimis periculosum esse.

l 2. Paral. 11. 23
m lib. 4. 4. 35 41 cap. 5. 9. cap. 7. 32
n cap. 5. 37
* ps. 134. 7
o Sap. cap. 6. 22.
Expositio mystica.
p ps. 80. 11
q Mat. 10. 19
r cap. 6. 26
f 2. Cor. 8. 9
t Mat. 19. 21 Luc. 22. 14
u Matt. 4. 8. 9

Oves eorum fœtosæ, & abundantes in egressibus suis.) In vetere Psalterio & apud Augustinum, *multiplicantes in egressibus suis*. Hieron., & August. in Speculo, *pecora nostra in millibus, & innumerabilia in compitis nostris*. Alii, *greges nostri parientes mille, decem millia in plateis nostris*: vel *millenos, & decem millia, adeo ut ex illis repleantur plateæ nostræ*: vel *parientes mille, multiplicantes decem millia*: vel *millibus, myriadibusque aucti*: vel *in millia excreverunt & centena millia in villis, vicis, plateis*, seu *exierunt ex caulis in illas*. Chaldaicè, *parientes mille multiplicantes decem millia*. Hebræum vocabulum primum צאננו *tsonenu* compositū ex nomine, & paragogico pronomine, *ovem* significat, & collective *oves*; præterea que quodvis minutum pecus, ut caprarum, hœdorum, ut idcirco *pecora* transtulerit Hieron. quemadmodum dixi: secundum מאליפות *maaliphoth* participium fœmininum plurale junctum nomini præcedenti collective sumto, idem valet, ac si diceres, *millenantes*, aut *millificantes*, quod est parere millenos, sive millia: quoniam אלף *eleph* de mille dicitur. Recte LXX. reddiderunt πρόβατα πολύτοκα. Pro *abundantes*, & πληθύνοντα, tertio loco est מרבבות *merubbavoth*, *multiplicantes decem millia*, aut *centena*, aut *plures* quoque *myriadas*, aut *myriadificantes*, aut *multiplicata per myriadas*, aut *parta*, seu *parere facta per myriada, per decies millena, per decem millia millenas*. Vulgo dici posset, *multiplicate a migliara, e millioni*. Sic apud Danielem *x*, *millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei*, אלף אלפים *eleph alpim*, & רבו רבון *ribbo ribuan*, χίλιαι χιλιάδες, & μύριαι μυριάδες. *Multiplicare, crescere, augere* dicunt Hebr. רבב *ravav*. Inde hujus nostri loci participium passivum in *piel*. Possessio Job fuit initio, quod attinet ad oves, septem millium *y*, postea quatuordecim *z*. Copia pecoris hujus permagna erat in Arabia, teste Diodoro Siculo *a*, cum magna, & pingui cauda: De Peruanis Cardanum *b* lege. Tandem quod legibus, *in egressibus suis*, in Romano, & Ambros. Psalterio, & apud Augustin. in opere de verbis Domini *c*, est *in itineribus suis*, iterum apud August. quodam sermone *d*. Græcè ἐν ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν. Apud August. in Speculo, & in Hier. translatione cum pronom. primæ personæ, *in compitis nostris*, Chaldaicè *in stabulis nostris*. Retento pronomine tertiæ personæ, quidam codi-

x cap. 7. 10.
y Job. 1. 3
z cap. ult. 10
a lib. 2. c. 10. lia 3 cap. 12
b l. 7. de rer. variet. c. 31
c ser. 35. c. 5
d ser. 20 de divers. c. 27

codices habent, *in egressibus suis*. Quod potest referri ad oves, ut scilicet numero magno gradiantur, aut præ fœcunditate in ipsomet itinere, ac dum gradiuntur, pariant. Pronomen ἑαυτῶν, & *sicut* accipi potest tum de illis, qui oves, & omnia possident prius dicta; quum nempe ipsi, cornuve pastores egrediuntur cum ovibus; tum de ovibus. Simplicior sensus, & magis communis posterior de egressibus ovium ex ovilibus ad pascua: quæ non ita proprie vocantur *compita*, ut vertit Hieronymus, vel *plateæ*, ut exstat in Arab. translatione, vel *fabulæ*, quomodo Chald. reddi monui. Nomen Hebr. חוצות *chutsoth* significat quidem *plateas*, sed nunc præmissa præpositione ב *be*, aptius accipitur pro adverbio *extra*, *foris*, &c. ut sit sensus, *oves eorum sæpe*, *abundantes in egressibus suis*, idest, quándo contingit eas foras prodire: tunc enim cernuntur in magno quodam numero. Id optimè significatum est per ἐξόδους & *egressus*. Minus placet alia expositio Euthymii, quam primo ponit loco, quamquam solam sequitur Nicephorus, ut egressus idem hic valeant, quod *partus*, & ἐξοδεύειν τὴν μήτραν *egressum exitum ex utero*, seu *γένεσιν generationem*. Nullo pacto congruit cum Hebr. vocabulo, de quo dixi-B mus, neque cum aliis editionibus. Non etiam puto nomen Græcum hic sumtum à Lxx. ut arbitratur Agellius, pro campis, agrisve aptis ad alendas oves, qui sic appellentur, quia sunt extra urbes, & ædificia: nam dictum nomen Hebr. non faver: & alius locus ex Proverbiis *a*, quem citat nihil efficit, *para in exitum opera tua*, ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδόν σου τὰ ἔργα σου. Interpres noster reddit, *præpara foris opus tuum*, & ibidem subditur, *& diligenter exerce agrum tuum*: quod posterius membrum continet explanationem prioris: significem Hebr. habetur, *& dispone illud*, scilicet

Sen sus mysticus. עשתרה *vehaatthuhah*. Mysticus dumtaxat sensus Pamphilianus, oves in egressibus suis abundantes dici, quia omnia talia cito transeunt tamquam umbra. Hoc paullo aliter Cassiodorus antea dixerat; quòd totum ab eis egreditur, & perituri esse monstrantur; & qui fœtosum videntur habere peculium, fide steriles esse docentur. Is autem, qui dicitur Hieronymus ad hæreticos applicat, qui multos habent filios, & quorum multus numerus est, & sibi in numero discipulorum applaudunt, ita ut iis imprecandum

b Lxcap. 9. 14 sit cum Osea *b*, *ut Deus det vulvam sterilem*, seu *sine liberis*, *& ubera arentia*. *Egressus* autem hic nominari notat, non *ingressus*, quia non ingrediuntur in Ecclesiam, sed egrediuntur de Ecclesia, cujus *gloria omnis ab intus* c, prout & Joannes *d* describit, quod *ex nobis exierunt*, *sed non fuerunt ex nobis*: *si enim fuissent ex nobis*, *mansissent utique nobiscum*. Obiervat Bruno, per oves designari principes inter hæreticos, eo quod minores in errore generant, ad modum ovium agnos generantium.

c psl. 14. 14 d 1. epist. 2. 19

Boves eorum crassa.) Nihil refert, quod alia Psalteria, vel Auctores genere masculino legant, *boves crassi*, ut exigit etiam articulus Græcus, οἱ βόες, & Hebræum masculini generis אלופים *alluphim*, atque Chaldæum תוריא *thorejana*, significans *tauros*. Hieron. & Augustin. in Speculo, *tauri nostri pingues*. Alii, *boves onusti*, nempe carne, quod est esse pingues, & ut quidem præterea exponunt, lanos, validos ferendis oneribus, & tractu trahendo aptos, denique onerarios, portantes, lustorentes. Chald. epitheum *taurorum*, qui ea lingua simili Hebraæ dicuntur תוריא *thorejana*, est מרי *mare dominatores*, idest, præstantes, & ut Nebiensis explicat, *portantes*, *& onerariis ubi apparent plurima segetes*; *ibi manifestum est fortitudo bovis*, inquit Sapiens *e*. Hoc est dominium, vis, virtus bovis, inter alias eiusdem laudes, de quibus in horis suis subcesivis Lælius Bisciola *f* nofter, ex quo nonnulla delibamus. Requirit Hesiodus, *g*, ad agriculturam, domum, in quam se agricola recipiat; mulierem, quæ illi terviat; bovem, qui areti pecuniæ nonnihil, ac rerum utensilium. Ruricolam cognominat Ovidius *h*. Quanta esset apud Græcos arator bos in veneratione, testis Ælianus *i*, Pausanias *k*, Eustathius *l*, & de Romanis Plinius *m*, appellans focium laboris nostri, & agricultorem; præterea Varro *n*, Ovidius *o*, Columella, *p* Nicolaus Damascenus *q*; ita ut nefas esset boves occidere, & ludi boum celebrarentur. Cautum deinde voluit Constantinus, ob æs alienum boves aratorios pignori capi *r*, ne abstraherentur ad publicum cursum, etiamsi alii deessent *s*. Valens quoque vetuit, Hieron. *t*, teste in Ægypto, & Palæstina eum hujus animalis, ut prosperaret uniuersi agriculturæ. De Api ab Ægyptiis culto, qui bos erat, nulli non notum, idque etiam sub vocabulis *Isidis*, & *Osiridis*: nec minus apud nos celebris idololatria vituli ab Hebræis in deserto usurpata, longeque post à Jeroboam renovata. Sed & βόα nomiuatum putant à βοᾶν *nutrio*, quod nos nutriat; & prodit Plutarchus *u*, doctos à Theseo Athenienses in nummis, bovis effigiem inscribere, præsertim ut ad agriculturæ studium illos excitaret. Uberem terram βόαγρον cognominant: & Pharaonis boves pulchræ, & crassæ nimis, fertilitatis, atque copiæ symbolum, & præsagium fuerunt, una cum spicis plenis, atque pulcherrimis *x*. Inde celebris Cornucopia, vel Herculis, vel Amaltheæ. Postremo אלופים *alluphim* appellantur Hebraice *boves* hoc loco: & ex eo nomine primæ alphabeti Græci litteræ nomen *alpha* sumtum Ammonius tradit apud Plutarchum *y*, quod Antiquioris alphabet. Hebræi, quos Phœnices appellat, prima littera sit *aleph*; & istius animalis usus inprimis necessarius diviti Job fuerunt initio *quinquaginta juga boum z*, deinde *mille* a: sic temporalis quoque fœlicitas apud eumdem *b* describitur, quod *bos concipiens non abortivit*, *& vacca peperit*, *nec est privata fœtu suo*. Ubi Gregorius monet, quod propositi convenit, vulgaris locutionis usum esse, ut bovem masculum, & vaccam fœminam vocent: sed litteraturæ locutio bovem communis generis appellet. Quamvis eodem loco noster Psaleta de masculo sermonem esse contendit, & *concipiendi* verbum sumi, ut est idem, quod *gignere*; quia nomen שור *sctor* est solum generis masculini; *taurum* significans. Citato loco Geneseos, boves in fœminino genere Latinè sunt omnibus linguis. Laus hic posita, ut sint boves crassæ, idest, pingues: (hoc modo *esse crassum*, *incessui*, *crassitudo* accipiuntur *c*) extat etiam in psalmo 22. *d* sub nomine *taurorum*, & in Amos *e*, sub appellatione *vaccarum*, & sub vocabulo *bovum*, in dicto Genesis tione *vaccarum*, & sub vocabulo *bovum*, in dicto Genesis loco. & alibi *f*. Hæbreum hujus loci participium est מסבלים *mesubbalim* passivæ significationis, proprie signatos *onustos* nimirum carne, & pinguedine; quæ & adeò eas hominibus prosunt, & onera comportanda conferunt, & juvant, ad firmius figendum in arando, ratrumque trahendo, pedem. In *hithpael* eodem isto verbo *locustam impingnari* exponit. Interpres, quasi sit ei oneri pinguedo, vel ipsamet locusta homini imbecillo, si super ipsum requiescat: & in psalmo 80. *h* סבר *sevel* redditur *onus*. Mysticè, creditus Hieronymus ait, Israeliticos populos, hoc est, fideles, tenues esse; Ægyptios crassos: magistros hæreticorum nihil aliud facere, nisi studere divitiis, pauperem CHRISTUM contemnendo, & *pro DEO ventrem colendo i*. Cassiodorus eorum affluentem facultatem innui vult, & non assiduo labore macros esse, sed detitiola otiositate pinguissimos; quum tamen ipsi veritate tenues atque jejuni esse monstrentur. Bruno ait eos oves quoniam blandiciis verborum suorum lactando sibi alliciunt, & illectos doctrinis perversis, perversius excolunt; boves autem crassas ad modum vaccarum vitulos lactantibus, & arva excolentium, quia terrenis divitiis impinguati, & locupletati sunt, quarum largitionibus sibi plures adjungunt; quos verborum suorum inductionibus, vel argumentationibus superare non possunt.

